Ad priores tuas responsum adhuc debeo, cum alteras gratissimas accipio, quibus de Opusculis tuis feliciter istuc advectis nuncias. quae tibi perplacere eo magis gaudeo, quod occasionem firmandae amicitiae nostrae praebere credam. At de praelicis quod scribis, attollendas fuisse quas depressimus, doleo tibi nimis hic satisfactum. nam nos nullum in iis collocandis discrimen, commodam duntaxat typorum compositionem spectabamus. cum enim plicae quas vocas in superiori linea sursum diriguntur, impediunt aptam verborum collocationem. Sed haec atque alia si erunt velim in tempore nos admoneri ut in maiori opere excudendo caveri possint. Antiphonas item B. Virginis si Magnificat subiungi desideres, eas ipsas emendatas mittes, aut saltem quae in priori editione irrepserunt menda disertè indicabis. Centum aureos D. Fullerius daturum se addixit, et iam velut accepisse me puta, certum satis de eius fide. De R^mo Zoarezii debito gratias tibi maximas debere me profiteor, quod omnem in eius solutione procuranda operam libenter suscipias. At ego litem prorsus abhorreo, concordiae et pacis vinculo amicus; atque adeo de iure meo cedam potius quam litigio tueri pergam. Cur vero R^mi Zoarezii epistolam qua libros petierit, sanctae misericordiae Confraternitas exposcat haud satis intelligo. An dubitat de libris a me missis? imo vero non solum pro quadringentis istis nonaginta sex florenis qui solvendi restant, sed pro aliis bis mille circiter florenis, quos partim per Philippum Georgium partim Ludovicum Fernandes persolvi mihi curavit libros transmisi. nec porro una epistola fuit, sed penè infinitae, quibus is varios à me libros postulavit. si tamen omnino has videre Confraternitas desiderat, inquiram et submittam. Vale R^do ac Doct^mo Dn^o, et tui amantissimum amare perge. Antuerpiae in officina Plantiniana Prid. Non. Sept. M. DCII.

Cardinali Baronio, Romam.

Ill.mo ac R.mo D.no

Quartum et Quintum Annalium tuorum tomos, et quos alios typographi mihi fecerint, ad Gasparem Vinarium istius Bibliothecam mittere mihi, Ill.mae D. V. reddendos, sicuti iam antea scripsi, fuitque mihi semper in animo; et nunc Sixtinum prius subire; Fragmenta, quae Baronius in aliquot tomis Ill.mae D. V. edidit, suis locis inserere minime oblitus, atque de istis etiam studiosis augere. Ly nono item Bernario Romano recondendo curo; et simul absolvero, finis atque istorum exemplaria quam citissime transmittam. Decimum Annalium tomum istius iam publicae Ecclesiae bono absolutum esse confido; atque exemplar Ill.mae D. T. gratia, atque opera Bibliopolae deserto; quem si commoditatem aliam ad me mittendi nactus, mundinas futuri anni vernales exspectabo ut Francofurti arripiam. Interea Sacra Biblia in maiori folio excudendi opportunitas erit; quorum editionem iamdudum omisi, Annalium Ecclesiasticorum tomis recudendis fortasse potissimum impeditus; et exemplar quam primum Biblionum editionem in 8o cum Autographo et Vulg.ae mihi transmisso accuratissime imprimis conferendam putani. quam operam R. D. Franciscus Turrianus S.T. Licentiatus et Veranius Audomarensis, atque item R. D. Georgius Colvenerius S.T. in Academia Duacensi Professor diligenter ac benigne mihi praestiterunt. At vero praeter editionem meam errata, nonnulla in Autographo Romano reperiri, quae ambigua ipsi essent: atque ante monstri aliquot D. Francisci Turri dubitationes mihi, de quibus Ill.ma D. V. per Secretarium suum D. Hanserinum retulisset. Alias nunc quaeri atque illius dubitationes illas mitto, de quibus Ill.mae D. T. aut aliorum quorum prudentia per cognito sententiam meam flagitant. Nec tamen eas tanti momenti esse existimo, ut promen editio Bibliorum quam iamdiu ordiri coepit, mihi sit differenda. et si qua forte erunt menda, ea sub finem Bibliorum adnotare fortasse licebit. Hic adhuc Mundinarum Francofurtensium finem si forte Ill.ma D. V. nondum vidisset; item litteras a filio meo D. Melchiore sacerdote; rursus desiderio si Ill.mae D. V. satisfacere commodo possit, obnixe rogo ut velit pro veteri suo in nos familiarem affectu velit.

Vale Ill.mae ac R.mae Dn.e, hic et publico Ecclesiae bono diutius pro in offirma Plantiniana. v. Kal. Octob. M. DCII.

Joh. Bapt. Hansenio.

Decepsit praesenta septimana Ill.mo Card. Baronio parens meus ac litteras una cum Judice Francfurtensi ad Discatorem misit, Ill.mae eius gratiae reddendas. Hoc libenter te moneo, si forte munere suo is defuisset; simul ad gratissimas tuas quod debeo responsum exolvo; quod distulisse aliquantisper fateor, ut de Commentario Gasperis Schoppii deliberarem ac rescriberem. Haud dissuasi severio meo praesertim si brevis esset, et de vitis magis Illustrium quam nummis disseret. Eam quae vidi aliam fulvii Ursini (cui Deus benefaciat) schedia ad P. Schottum transmissa qui ex Italico in Latinum ea verteret, haud satis utilia aut necessaria censebam, quae non de viris, sed nummis prolixe nimis disputarent. De Urrato in Breviario nobis transmisso debitas tibi gratias ago, et quaeso siquid tale unquam erit, amicus nobis esse haud desinas, id est, admonere. Nos mendum quod Dominica 3a post Pascha Capitulo ad Sextam deprehendimus, auctoritate Ill.mi Nuncii Episc. Nicariensis qui Antuerpiae modo adest convenimus, et Rege praecellenti reposuimus pro praecedenti. In Officio Dominicarum Antiphonam Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum iuxta Psalmum corrigendum esse haud ambiguimus, fortem vivum. Haec tibi, ut et censuras eorum quorum propria est, ischinc nobis perscribas. Publica ~~tibi~~ non attingo, quae scio nuna, et tristis intelligis quia talia. Deus ista emendet precor, et te ~~[illegible]~~ mi amicissime incolumem servet. Antuerpiae in officina Plantiniana IV Non. Octob. M.DCII

De Missale siquid nunc fiat aut factum, scribe

Huberto Aldecantio

Responsum ut opinor ad postremas tuas debeo, quibus de coronatis
non satis tibi exploratis doles. doles inquam, an me ludis? nam
ubi mercatores minus inter se noti commerce inuicem solent, an
non magis amicus amico hic debeat? Itaque vide num amici
officium violas, qui violari à me iubes. Cogita, et errorem
istum corrige: facilius facies scio, quam principes publicos
quos videmus et indolemus errores. Factionis illius militares quis
tandem finis? nam si que pecunie turbatoribus istis soluendis
corradi possent, omnes Gsende obsidio aufert. de qua
tamen nec hac hiemem spem optimam nonnulli conceperunt.
Interim de pace etiam sermo est; et huic componende legatos
e Germania exspectari, aut iam aduenisse. At iam se prius
illi ad nos, et sine ullo fructu; Gallus si se alienando admisceat
plurimum possit. Sed quo eo? cum vniuersae et publicae
haud liceat, amorem et pacem inter nos colamus, atque
Belgice toti communem assiduis a Deo precibus tandem
impetremus. Vale Amicissime Dne, et Cl. Dnus
et dominus eius plurimum a me saluta. Antuerpiae
in officina Plantiniana VIII Kal. Nouembr. 1602

Justo Lipsio

Par.mo ac Doctissimo Dn.

Rarius te scribere nihil unquam miror; nec ego, ut rescribas, scribo; qui occupationes tuas nimias ac valetudinem etiam novi. tantum amorem meum et cultum litteris has testari et probare pergam. Imo nec scribam, ni te facile legendo, et si haud respondendo, sufficere cognoscam. At vero si otium aliquando suppeditet et argumentum ~~respondendi~~; non officium si responderis, sed beneficium estimo; nec aliter ut de me sentias rogo nec alium me ab te haberi rogo. In politicis, quae pro aliis operibus recudenda nobis erunt, nihil a te mutandum vel addendum alias te memini indicare. Itaque ordiri illa paulatim, ut commoditas se dabit, libere nobis licere arbitramur. De notis forte augendis et emendandis scimus pariter monuisse; quas non temere auspicabimur te nesciente. In philosophicis et Seneca occupari laetus omnino audio; et deum, ut brevi perficere concedat, precor. Novarium Coloniâ per Natamam misse intelligo, et indies à parentibus huc exspectari. Publica haud iuvat attingere, quae magis magisque in peius ruunt. Nuncius Apostolicus die Mercurii elapso ad factiosos et tumultuantes nostros milites denuo hinc abiit, cum spe haud satis firma (ut a secretario eius intelligebam) secundo hoc itinere omnino eos placandi. Copias nostras siquas habemus cum Principe Lutzenburgum cogitare aiunt, ut ab hoste illud liberent. Deus in tempore det adesse, et cum insigni Reip. fructu. Antverpiae in officina Plantiniana Pridie Dni Andreae 1602.

Blasio Huetero Serm.mo Principi a Secretis

Nobilissime atque Amplissime Domine,

Quas cum inclusis Rationibus gratissimas accepi, nec illibenter fero 554 solutionem aliquantisper prout Serenitati Sue placet differri, dum publici eris commodo magis licebit. At vero Officii B. Mariae V. 38 quot ad plenam 750 florenorum summam Serenitati Sue reddenda à me restant, exemplaria selegi et seposui, mittenda quandocunque imperabit et tria ex iisdem nunc mitto que pro D. Roderico Cubiculario suo primario Serenissimus Princeps postulavit. Quod superest, Amplitudinem Tuam rogo, quam ante biennium meâ et filii mei Melchioris sacerdotis et L. V. Licentiati causa tuam molestiamque ~~[illegible]~~ suscipere incoepit, eam sustinere modo pergat, et Serenitati Sue nomine meo supplicare, ut Canonicatum quem in Ecclesia S. Ode Rodensis vacare intelligo, morte D. Michaelis Halder ab Haldestain, dicto filio meo conferre haud dedignetur. quo beneficio me meosque Serenitas Sua plurimum sibi devinciet, ac praecipue dictum filium meum, ne unquam pro felici Serenitatis Sue Imperio Deum Opt. Max. deprecari desinat. Vale Nobilissime atque Amplissime Domine, et libertati meae ignosce, qui hanc filii mei causam Amplitudini Tuae haud vereor commendare, ac vicissim precor, si ~~[illegible]~~ mea meorumque opera utilis Amplitudini T. esse possit, libenter eadem uti ne recuset. Antuerpiae. in officina Plantinianae Postrid. Kal. Decemb. 1602

Blasio Heutero

Nobilissime atque Amplissime Domine

Heri a meridie, quas Amplitudo T. XII Decembris litteras ad me dedit, primum accepi; et subito viginti Officiorum exemplaria in fasciculum colligari ac duplici tela et corio quam optime muniri curavi; que hoc vespere per nuncium Bruxellensem ad D. V. amanuensem mittam. Interea per tabellarium Gandensem litteras has premitto; quo citius me muneri meo haud defuisse constet, ac de libro quem Serenitas sua desiderat, simul respondeam; nullum noviter prodiisse in lucem, qui proprie de machinis bellicis tractet; at unum atque alterum haud ita pridem excusos esse, quis proxime ad id argumenti videntur accedere; quorum titulos, non libros ipsos nunc mitto, si forte Serenitas sua eosdem iamante habeat aut minus velit. Libellum supplicem filii mei sacerdotis nomine his adiungo pro beneficio quod in Ecclesia Collegiata S. Odae Virginis vacat in territorio Rhodensi; cui nomen ab ipsa S. Oda inditum, que ante nongentos circiter annos pie beateque ibidem vixit, acobyt; cuius etiam sacrum corpus in Ecclesia Rhodensi in hodiernum usque diem requiescit. Locum vulgari nostra lingua S. Odenron dictum est haud procul a Silvaducum, ut ex Germania Inferiori aut Brabantia Ortelii, si ad manum habeat, facile Ampl. T. cognoscet. quam obnixum iterum rogo, hanc rem meam sine filii curare haud gravetur, et siquid inserviri hic possimus, mea meorumque opera quam paratissimam addicimus, ut ne desinat.

Vale Nobilissime atque Sempl. Domine, Antuerpiae, in officina Plantiana XVII. Decemb. 1602

P. Thomae Saillio Rectori Soc. Iesu Bruxellis

Rde admodum in Christo Pater

Arma Serenissimi Poloniae Regis, prout R. V. mandavit, Tregue sic utenda concessi; et monui sat diu uterentur dummodo fideliter ac sedulo custodiat, in tempore, cum opus eadem mihi erunt, reddenda. Quod ad Breviarium, in forma quarta, quam Serenissimus Rex desiderabat, iisdemque etiam characteribus modo excudo; ac Deo favente ad Kal. februarias finire spero; sed uno volumine, non duobus. Nam prout Breviarium S. D. N. Clementis VIII. auctoritate recens recognitum atque in ipsa Urbe excusum est, haud aptum est duobus voluminibus distingui propter varias abbreviationes, quae haud commode extendi possint sine periculo errorum committendi. Atque insuper Sanctitatis Suae mandatum est Breviario ipsi praefixum, ut iuxta exemplar in Typographia Vaticana editum, et non aliter (ipsa verba litterarum Summi Pontificis pono) imprimatur. Itaque si Serenissimus Rex hanc quam dixi Breviarii editionem in 4o desideret uno volumine, mittam brevi quot volet exemplaria, atque ipsa Maiestatis Suae insignibus illustrabo; et quot potero imaginos ex iis quas postulavit conquiram, quae inseri et accommodari huic formae possint, praeter eas quae Breviario huic proprie erunt et festis solemnioribus apponentur: quas pulcherrimas fieri curo, et qualibus absit iactantia) nullum hactenus Breviarium exornatum fuisse quivis testetur. Porro si Sanctorum Poloniae Officia pari cum Breviario forma, ubi exemplar accepero cum promissis pecuniis, muneri meo haud defuturum promitto. Vale, Rde admodum in Christo Pater. Antverpiae, in officina Plantiniana, Iridie Natalis Servatoris, quem R. V. felicissimum precor, anno M.DCII.

P. P. Dausquero Soc. Jesu. Insulae

Ut vere et ingenue fatear, excidit mihi mente promissum illud meum, paratum me omnino hac hieme futurum ad excudendam S. Basilii Seleuciensis interpretationem. nec opinor me R. P. Schondoncho hoc ipsum imprimendi tempus addixisse: tantummodo haud illibenter impressurum me, seu latine seu graecolatine, si citra praeiudicium Cornelini me id posse futuris nundinis Francfurtensibus intelligerem; quem Graecae editionis suae fructu privare nec velim nec debeam, cum omnium primus operis graece edendi sumptum laboremque sit passus. Ego vero in editionem graecolatinam magis inclino, publicae imprimis utilitatis gratia; et quia ex decoro Officinae Plantinianae magis sit, auctorem Graecum haud minus Graeca quam Romana lingua evulgare. Itaque R. T. haud gravem hanc moram fore confido. imo post nundinas proximas vernales editionem graecolatinam inchoaturum me iamente promitto, si pauciora exemplaria Graeca Cornelino restare cognovero; nec opinione mea prolixior sit Annalium Ecclesiasticorum decimus; cuius exemplar ab Ill.mo Auctore Baronio brevi exspecto, necessario mihi in futuras nundinas autumnales absolvendum, una cum sacris Biblijs, quae abhinc unum atque alterum mensem forma maiori cudere incepi, nec sine publico aliquo incommodo differre editionem possim. Interea R. T. haud ab alio praeventum iri credo, si proxime futuris nundinis, nos latinam seu graecolatinam Basilii huius editionem meditari, typographis et bibliopolis Francfurti indicemus. Porro ut de venusta exemplaris scriptione obiter respondeam, haud eam tantopere a nobis requiri R. T. intelligat, prout distinctam ac emendatam. Usu enim edocti sumus, plurima ab Amanuensibus subinde peccari, quae auctores, etsi relegant, minus animadvertant; adeo ut correctam auctorum, quam venustam Amanuensium manum multo malimus. Vale R.de admodum in Christo Pater, ac R. P. Schottum meo ac filii mei nomine plurimum resaluta. Antverpiae in officina Plantiniana VI Id. Jan. 1603.

30
220

R.do P. Thomæ Fallo. Rotom 5.to Iosi Burgol.

Ex Epistola huic vni adiuncta D. Adami Stangallæ Regiæ Maiestatis Poloniæ Regis Cancellarii videbis a diversis aliquot annis, ut distuli hoc quidem vel de singulis inquirens, deliberaui, atque quartus scribilem. Ad hæc respondeo, quod prioribus meis indicauj, nihil ipsi esse certius; primum ita modo commodum esse Breuiarium S.D.N. Iuriaitae recognitum vt distinctis duobus voluminibus distingui possit et varias alias diuersas quæ obiaci commodè negaunt sine periculo diuersis committendi; et Sanctissimus sua mandatum est Breuiario ipsi prefixum, vt sicuti et singulare in typographia Vaticana editum, et cum aliis, imprimatur. Itaque in eo tuo vno voluminis pagina iam absolui; paulo maiores forma et ordine characteris, quo olim a socero meo P. M. Christophoro Plantino duobus voluminibus edita cernuntur fuit; diffusa nouum modo dictionis spatium quod sibi adiungo abundè tertatur. Porro de signis subdubio inquisiui quæ dictioni suæ commodari possent, et quod tacitè breuium et singularibus quæ Rex Poloniæ hoc desiderat insci sortem in candida charta cernitur: nec inuenii prorsus quæ ipse habeas, in officio Regiæ Maiestatis Principum cernitur; quæ numero sunt quindecim, et distincta in charta sibi adiuncta descripsi quæ tamen ad figuras quas officina Sanctorum Poloniæ impressionem obtinuerat; adhuc item inscriptorum subdimi, quæ ad summam Sanctorum nonagintae quattuor philippicorum efficiunt si quid superaddere Regia mea tali placuit, id pluribus signis nyuis inscribendis impendi possit. Cæterum de Joanne ab Angelis Medico dentisano, ad quem bo duodes pungeriat si misisti R.D. Regiæ Cancellarius significat; sedulo quæsiui et inuenj tandem cui notus is est: qui monuit ad ipsum scribendum esse, vt permittat dentisto Hamburgum et Hamburgo Antuerpiam transmittere. Itaque disceret ab vno quid forte sit quod, et nunc litteras dare ad eum velit; quæ si dies Mercurij proximus qui pertinet in tempore tabellario dentisano do die Sancti Iacobi tradentur. Et de reliqua pecunia quam Regia impendere Breuiario exornando voluit, optime commodatur sit per mercatores Carbidasios qui ad nundinas Francofurtenses profiscuntur, transmittendi; vt nos proximis nundinis Vernalibus vel ipsos Francofurti possimus. Cætera in charta sibi adiuncta deprehiro, et admitto ad Dni Cancellarii litteras, hac vna Directorio (vt ita appellis) Breuiarij imprimendi dicit ad me missa; vt clarius ex quid R.D. Cancellarius postulerat, an ego præstitarem sim, intelligat. Neque enim falli, aut multo minus fallere alios volui. Vale Lydo admodum in Christo Pater. Antuerpiæ in officina Plantiniana 18.a Ianuarij 1603.

Figure Breviarij Romani in 4° vno volumine pro Sig.mo Sigismundo III Poloniae et Sueciae Rege.

Proprie erunt Breviario et in ipso excuse

Petri et Pauli Apostolorum Imago cum insignibus summi Pontificis in ipso titulo ponenda

Davidis supplicantis Imago, ante Psalterium

Annunciationis B. Mariae, ante Adventum Domini

Nativitatis Domini, ante festum Nativitatis

Resurrectionis Domini, ante Dominicam Resurrectionis

Ascensionis Domini, ante festum Ascensionis

Pentecostes, ante Dominicam Pentecostes

Cenae Domini, ante festum corporis Christi

Assumptionis B. Mariae, ante festum Assumptionis

Omnium Sanctorum, ante festum Omnium Sanctorum

Imagines quae inveniri possunt, et Breviario hinc accommodari, ut in alba charta seorsim excuse suis locis inserantur.

— Circumcisionis Domini, ante festum Circumcisionis

— Epiphaniae Domini, ante festum Epiphaniae

— Passionis Domini, ante Dominicam Passionis

— Cenae Domini, ante feriam quintam in Cena Domini

— Crucis Domini, ante feriam sextam in Parasceve

— Purificationis B. Mariae, ante festum Purificationis

— Annunciationis B. Mariae, ante festum Annunciationis

— Visitationis B. Mariae, ante festum Visitationis

Nativitatis B. Mariae, ante festum Nativitatis

— Praesentationis B. Mariae, ante festum Praesentationis

— Conceptionis B. Mariae, ante festum Conceptionis

— Omnium Sanctorum, ante Commune Sanctorum

— B. Virginis gloriosae Imago, ante Officium B. Mariae

Lazari resuscitati, sive Christi ad Inferos descendentis et animas Patrum e limbo liberantis, ante Officium Defunctorum

Davidis supplicantis Imago, ante Psalmos Penitentiales

Suprascripte

Suprascriptae figurae numero quindecim sed in sunt, quae Officio B. Mariae V. mandato Serenissimorum Belgii Principum excuso inseruntur; atque ornamenta quaedam sculpi possent, quae Imagines eiusdem ambirent et exornarent, ac quibus iustam Breviarii formam adimplerent.

Porro Insignia Serenissimi Regis in eis incidi oportet, atque insignia aliquo Regiae Pietatis emblemate illustrari, ut nunquam ab Angelis Insignia ipsa sustineantur ac quodammodo propugnentur; aut siquid aliud melius vel aptius effingi posset. Quae Insignium imago in titulo Officiorum Sanctorum Poloniae praelucebit, atque eiusmodi tituli forma concipietur, qua Regia erga Sanctorum Pietas comprobari posset. Officia Sanctorum Poloniae etc. mandato Serenissimi ac Potentissimi Sigismundi III. Poloniae et Sueciae Regis excusa.

Titulo deinde, Sanctorum Poloniae Imago ex decoro subiungetur, quarum veras effigies nobis transmitti necessum foret.

Rationes Expensarum

Breviarii Romani Pii V. Pont. Max. iussu editi et Clementis VIII auctoritate recogniti, a Joanne Moreto uno volumine in 4to excusi singula cum figuris eneis exemplaria sex florenis, quadraginta simul constabunt — fl. 240 ß.

Quod ad Officia Sanctorum Poloniae, si mille exemplaria Serenissimus Rex velit, uniuscuiusque folii totius exemplaria 37 florenis cum dimidio; et, si octo foliorum libellus forte ~~[illegible]~~ fuerit, plena eius editio valebit — fl. 300 ß.

Imago Insignium Serenissimi Regis titulo Officiorum apponenda — fl. 15 ß.

Imago Sanctorum Poloniae titulo libelli interiungenda — fl. 50 ß.

Impressio utriusque Imaginis Insignium Serenissimi Regis, et Sanctorum Poloniae in mille Officiorum exemplaribus — fl. 20 ß.

fl. 625 ß.

Quindecim figurae, quadraginta Breviarij exemplaribus inserendae, in charta nitida seorsim excusae — fl — 60 ß —

Sex figurae si ornamenta adiungi maiestas Regia postularet, quibus iustis Breviarij formis adimplerentur, tria quattuorve ornamenta incidi oporteret, quorum incisio valeret simul cum impressione — fl — 100 ß —

Denique ut in ~~binis~~ duobus Breviarij exemplaribus non tantum figurae omnes, sed et characteres ligneae, quae pene numeri insunt, auro, argento, et varij coloris minio egregie illustrentur fl — 200 ß —

fl — 360 ß —

Impensae praecedenti pagina annotatae fl 625 ß —

fl — 985 ß —

Sunt nongenti octuaginta quinque floreni
sive trecenti nonaginta quattuor Philippici —

34
224

Iusto Lipsio

Clarissimo ac Doctissimo Domino

Grata a me fuisse felicis anni vota, mihi ipsi gratulor, atque etiam gaudeo, dum eodem quo ego effudi animo, pro solita benignitate tua mihi reponis; cui ego omnem quam possum gratiam ac cultum. In Philosophia et Philosopho illustrandis assiduum te esse summopere letor, tua imprimis causa, ~~sed et Reip.~~ quem gloria et fructus simul ~~[illegible]~~ ex labore hoc manent; sed et Reip. cui monita et exempla sperare ~~[illegible]~~ ex eodem licet, quibus adversus fortunae hoc ludibria robur induat ac virtutem. Ad Wonerum iam ibam acceptis D. Q. litteris, cum ille valetudine modo firmiori ultro ad nos. Legi quae ad illum in tuis ad me litteris; nec respondit quid scriberem, sed se ipse scripturum addixit. Ad D. fratrem salutem hic adscribo, et credo proxima septimana ipsum scripturum. Quin aliquod tandem honestum et utile beneficium nanciscatur haud diffido. Nam et ad Principem, sive ad Secretarium eius D. Blasium in occasione scripsimus pro Canonicatu quem vacare audiebamus in territorio Rhodensi S. Odae, atque ex voto respondit Sertulus suam minime alienam esse a beneficio aliquo fratri conferendo, ac monuit libellum supplicem a nobis conscribi: quem iam a diebus aliquot misimus, et responsum in singulas septimanas expectamus. Deus concedat ex voto esse atque etiam ex usu. Vale Clarissime ac Doctissime Domine, et tui amantissimum amare perge.

Antverpiae 16a Jan. ~~[illegible]~~ 1603.

D. Nicolao Ondarto Officiali

Rdo et Consultissimo Dno

Simonium, quem Parisiis accepimus, mitto ligatum in corio cum claustris; cuius pretium octo floreni. Chopini pars postrema in Aridum Consuetudines nondum excusa est. Abbatem Urspergensem atque opera Despauteriana in 8o nulla habemus; quae futuris nundinis inquiri et adferri curabo. Breviarium Romanum in 4to statim a festo purificatae Sanctae Virginis absolvam, et exemplar R. V. ac simul Illmo Archiepiscopo mittam. Keerbergius in 8o ante septimanas unam atque alteram evulgare coepit, et ipsior R. V. istic vidisse. At vero licentiam et Censuram Ordinarii neglexerat praeter Smi D. N. mandatum; atque insuper summarium aliquod privilegii principum apposuerat, praeter privilegii ipsius sensum, ac plane in praeiudicium meum; quasi praeter unius eius voluntatem nec ego nec alius excudere possimus. Quae causa mihi fuit Rdos DD. Ordinarios Antuerpienses, atque Illmum Nuncium Apostolicum Antuerpiae tum praesentem adeundi, et offerendi libellum supplicem, cuius exemplar his iungo. At vero Illmus Nuncius ut libellum a me acceperat, postridie discessit; nec proinde sententiam illius audivi. Rdi Dni Antuerpienses Romam sibi scribendum censuerunt, ac de intentione Pontificis, quae dubia ipsis videbatur, inquirendum. Ego pariter scripsi, ipsis haud dissuadentibus, et exemplar libelli mei ad Illmum Card. Baronium misi; precatus ut Sanctitatis suae de eo ipso sententiam perscribere dignetur. At quia huic libellum DD. Ordinarios locorum in Belgio communem inscripsi, Illmo ac Rmo Archiepiscopo Belgice primati per R. V. communicari in primis desideno, ac rogo mea meorumque officia in occasione et deferre ne gravetur. Vale Rde admodum ac Illme Dne, Antuerpiae in officina Plantiniana xvij Jan. M.DCIII.

336
226

Nicolao Oudarto

Rdo Admodum et Consultissimo Dno, S. P.

Remitto libellum, in quo Bibliopegus erraverat, et Apolicraticum adiungo, cuius pretium viginti duo asses. Octo florenos pro Aeronomo recte me accepisse profiteor, et gratias de ipsis ago. Libellum meum supplicem Illmo ac Rmo Archiepiscopo gaudeo improbari summopere gaudeo. At vero hoc mihi difficultas potissimum mota est, non ob privilegium Kerrbergi, in quo disertis Sanctissimus Pontifex mihi cavere dignatus est; sed ob posteriores Sanctitatis suae litteras, Breviario novo praefixas: quibus permittit, ut Typographis quibuscunque ~~me~~ imprimere volentibus id facere liceat, requisita tamen prius, et in scriptis obtenta dilectorum filiorum (verba ipsa litterarum pono) Inquisitorum haeretice pravitatis in ipsis locis in quibus fuerint, ubi vero non fuerint, Ordinariorum locorum licentia. Sic quaestio est, quae sit intentio Pontificis, num promiscue omnibus imprimere volentibus licentiam concedi ~~[illegible]~~ oporteat. Dubitarunt Rdi Dni Vicarii Episcopatus Antuerpiensis, et sibi in Urbem hac de re scribendum censuerunt. Ego pariter scripsi, ipsis haud dissuadentibus, ad Illmum Card. Baronium; et responsum me intra paucas septimanas acceptarum confido. Breviarium Romanum iam finivi; at cum figuris dumtaxat ligneis. nam aerarum sculptores in sequentem septimanam primum absolvent. Exemplaria quam potero citissime compingi curabo; atque unum R. V. alterum Illmo Archiepiscopo transmittam, cui me meosque plurimum commendari rogo. Antuerpiae. in officina Plantiana.

XIX febr. 1613

D. Iacobo Blasco Episcopo Audomarensi

Rme in Christo domine

Florenos 65 Stuferos 14 librorum pretium quos postremum Rme D. T. miseram, iam ante mensem accepi. At quia R. P. Balduinus opinione nostra citius, ac pridie quam pecunias per Anglum quendam nobis numerari curavit, Antuerpia discesserat, haud commoditas mihi fuit de pecuniis receptis per ipsum indicandi. Antea pro binis libellis, Speculo tragico Regum, et Tractatu gallico de Liga in Batavam scripsi, et frustra hactenus expectavi, ut una cum litteris meis mitterem. Syrani et Breviarium novum adiungere, quod iam quidem typis meis finivi, sed nondum imagines omnes aeneas artifices absolvere. Confido intra ~~tres~~ duas aut tres septimanas illud me missurum: at modo cum Rdo D. Decano Francisco Luce initia Commentarii eius in Evangelia mittenda mihi essent, occasionem Rme D. T. scribendi haud praetermitto, ac gratias quam possum maximas agendi pro summa in me meosque benivolentia, nominatim in filium meum sacerdotem, quam paullatim promereri is conabitur. Deum Opt. Max. precando, ut Rmam D. T. Ecclesiae suae Catholicae quam diutissime incolumem servet. ~~Antea~~ Cum hoc communi omnium nostrum voto ~~finio~~ scriptionem finio, et Rmam D. T. rogatam volo, ut siquid inserare ipsi valemus, mea meorumque opera uti ne desinat. Antuerpiae in officina Plantiniana. ~~[illegible]~~ VIII Kal. Martias 1603.

38
228

D. Francisco Lucæ Decano Andomardi

Gratissima fuisse prima Bibliorum sacrorum folia plurimum gaudeo; spero pariter Commentarij tui placitura quæ nunc mittimus, et de cuius impressione filius meus Balthasar copiosius R. T. perscribit. Ego gratias quam possum maximas his ago quod suam in conferendis novæ Bibliorum editionis foliis atque erratis adnotandis operam benigne addicat. Intra septimanam unam atque alteram ~~pl~~ pluscula folia impressa mittam una cum Breviario novo quod typis meis iam excudi, sed artifices imagines eneas nondum absolvere. Locus Ezech. 46. v. 11. quibus ambiguam, atque alia Esdræ loca quibus nullam censuram Ill.mus Baronius adscripserat aut adscribi curarat, denuo examinanda Romam transmisi, paullo ante litteras a R. T. acceptas; cuius unius sententiam in loco Ezech. imprimendo sequar, ni in tempore responsum ex Urbe accepero. Porro de Libello Correctorio quod R. T. consilium suggerit, iamante mecum cogitaram, ut in folio cum Biblijs, ac simul Enchiridij forma excuderem. Enchiridij inquam forma; nam ea commodior videtur quam quarta (ut vocamus) aut octava. Et quia libellum hunc tuum, non secus ac Iudicem Bibliorum cui subiungi debet, minori charactere imprimere ac tenus columnis in folio distinguere decrevi, aptior omnino deinde erit in formam duodecimam aut similem distribui. Finio cum gratiarum actione, ut cœperam, pro singulari R. T. in me meosque, et nominatim D. Melchiorem affectu qui plurimam R. T. salutem vicissim precatur. Vale Eximie ac R.do admodum Dñe, et nos tuos amare perge. Antuerpiæ in officina Plantiniana VIII Kal. Martius. 1603

Inclusas ad R.mum R. T. rogo ut curet, ac me R.do admodum P. Schondoncho plurimum commendet, cui nunc hanc scribo nuncio opinione citius discedente; scripturus intra duas aut tres septimanas, cum Breviarium novum ad ipsum mittam.

Eidem D. Luce meo nomine

Eximie ac R.de admodum Dne,

Culpam deprecor, qui in hunc usque diem pro sacro et aureo tuo munere omnem gratiarum actionem omisi; imo iudicio et studio quodam me distulisse velim intelligas; ne manes modo gratias agerem, sed quodammodo referrem, Commentarij tui in Euangelia primitias mittendo: in quo eleganter atque emendate excudendo meam aliqua ex parte operam agnosceres; quâ liberalem hanc R.T. in me beniuolentiam paullatim dementurum me confido. Bina folia sunt terminis primi, quae chartam, characteres, atque impressionis totius formam exhibebunt, omnia (ut speramus) e R.T. voto. An hac chartâ, candidâ haud minus quam solidâ, quingenta operis exemplaria excudimus; septingenta in illâ paullo magis fuscâ, quae emptoribus haud paucis ob minus libri pretium magis placebit. nec tamen reuera ita fusca est, prout specimen ab alterâ duntaxat parte impressum videbatur; imo nostro quo casu speciminis istius folium prae reliqua omni charta subnigrum est. Insuper certiter quinquaginta in charta angustiori excudimus, quae amplissimos habeat margines, notis, siquis volet, adscribendis. An Syriacis characteribus componendis parum aut nihil difficultatis experimur, quia spatium haud magnum requirunt omissis punctis; quod ego minus cogitaui, cum R.do P. Schondoncho super eorum magnitudine difficultatem moui. Sed haec talia scribere nihil opus est, quae ex ipsis foliis quae mittimus facilius ac certius cognoscuntur. Compositori nomen est Franciscus Fickart, quem monui omnem operam rite componendo Operi adhibere, quemadmodum et Conectores recte corrigendo; quamquam et ego postremum relegerem cum vacauerit minime recuso, ut meam hanc qualemcunque operam pro R.T. munificentiâ reponam. Quae R.T. Libello suo Romanae Bibliorum correctionis addenda aut mutanda transmisit, suis singula locis reposui, praeterquam quod 2 Paralipom. 25. v. 1. Nomen matris eius Loadam haud mutaui; quia non Joaden in noua editione sed Loadam excudimus, prout 4 Reg. cap. 14. v. 1. legitur. Item

quod

quod ad locum Sap. 14. v. 14. Pronomen hoc omisimus iuxta Ill.mi Card. Baronii quas ad me misit notas; idque consilio R.di P. Romei, cui illas ostendimus, et omnes ex equo nobis imitandas esse censuit ex litterarum Ill.mi Card. prescripto. At vero note ille nescio an a Card. Baronio cogitate aut inuente, certe non erunt manu scripte fuere; sed alterius, qui pariter in exemplari Breuiarii noui (quod eodem Cardinale mittente ex Urbe accepimus) aliquas emendationes exarauit. Sed ideo R.T. suggerimus, ut de mutando loco illo deliberet in suo Romanarum correctionum libello. Vale eximie ac R.de admodum Dne, et me R.T. amantissimum amare perge. Antuerpiae in officina Plantiniana viii Kal. Martias M.DCIII.

Eduardo Lupo, Olisiponem

R.de ac doct.mo Dno

O gratas tuas litteras! velim et letas liceat mihi modo appellare. Sed tristitiae caussam praebent e valetudine tua quam significant infirmam. Laetiorem itaque epistolam mox exspectabo, quae te denuo sanum ac firmum nunciet: et quidem te talem iam esse omnino spero, ac Deum Opt. Max. precor ut diu seruet: et videas magnificat tua typis meis in publicum emissa, eaque emendate et eleganter ex voto tuo excusa. quod me pro viribus, Deo omnipotenti fauente, prestiturum libenter addico. De cura quam in debito Poperi exigendo paliceris gratias ago, et quidquid hic laboris aut molestiae impendes, promeriturum me emendata (quam dixi) atque eleganti operis tui impressione confido. Vale, vale R.de ac amicissime Dne, et valetudinis tuae indices litterae tristitiam hanc mobis quam citissime eximant cura. Antuerpiae in officina Plantiniana v. Kal. Martias. 1603.

D. Petro de Grassis

Exime ac R.mo admodum D. Cognat.

Premiarum sub initum Quadragesimae typis nostris absolutum iri hanc frustra promisi: cur ego non mittis? inquies. Studio ac certa ratione differo, ut cum figuris melioribus quae nondum mihi omnes sunt mittam. Ab Hansenio nihil hactenus responsi accepi; imo vero ab Ill.mo Baronio nostro qui discessisses, ab aliis intelligimus. Ataque postmodum non ad Secretarium, sed ad ipsum Cardinalem, maiori nostro fructu, scribimus. qua de Decimo Annalium tomo postremis suis nos monuit, exemplar Episcopatori commisisse ad nos transmittendum. Mondum illud accepimus, nec proinde summarium illud quod R. T. desiderat exscribendi potestas mihi adest. De Keerbergio fallitur R. P. eum privilegium ex aequo nobiscum commune habere. nam disserte S. D. N. nobis cautum esse voluit litteris Keerbergio concessis, ne excudere eas posset si in praeiudicium nostrum esset. Sed de hoc alias. De publica Belgarum inter se pace quae spes superest? bellum indies magis magisque cogitare cernimus; et eum, pro dolor! felicius pugnare quibus iniquior bellandi caussa. Sed ~~quid~~ nihil mirum, si Pietatem ac Deum spectemus, qui iustorum culpas iniustorum felicitate castigat. Eam iusti (ita sperandum) publico hoc iubileo expiabunt, et in iniustorum deinceps iram suam Omnipotens convertet. Vale Exime ac R.mo admodum Dne, et a parentibus, fratribus, ac sororibus plurimum salve. Valemus (laus Deo) omnes, nisi quod soror Catharina ~~[illegible]~~ a partu decumbat, sed partu (quod dolendum) immaturo nec vivo. Antuerpiae in officina Plantiniana Prid. Mey. Martias 1603

42
232

Justo Lipsio

Cl.re ac Doct.re Dn.o

Rarius modo scribo; nec enim mihi opus te gravissimis studiis occupatum
inutili litterarum argumento impedire. Unum satis, sic rariori hac
scriptione non meum erga te cultum minui sed augeri potius sentias
atque te haud minus credere confido quam in me causae nunquam
deerunt quibus minime diffidas. Quod ergo, inquies, scribendi
nunc argumentum? num res publica, de qua nimis multa, et tristia
tristis intelligo? imo vero privata, Vir Clar.me, quae te et nos
spectat. Libri inquam aliquot tui, qui nobis prima omni occasione
recudendi sunt ex publico et nostro simul usu. Imprimis Epistolarum
Centuria ad Italos et Hispanos, quae hactenus Centuria
tertia dicta est, si meminis, haud pro voto tuo aut sensu, ac potius
quae postremus prodiit Miscellanea tertia inscribi possit,
prout priores binae Miscellaneae sunt et ad varias gentes
scriptae. Deinde Saturnalia, Amphitheatrum, Politica,
ac denique Syntagma de Bibliothecis. Ataque nequid temere
praeter mentem tuam recudatur, praemoneri unice optamus, siquid
in his libris augere vel emendare desideras. Quod ad
Saturnalia, figuras novas parare iam coepimus, suis singulis capitibus
subiungendas, quo ordine in veteri anni 1582 editione inserte fuere.
cuius editionis pagina 150 Lectores moneri observo de Imagine
Pompae gladiatoriae et Prelusionis; quaedam a pictore esse
ad rem subiiciendam oculis, non a veritate. Itaque monitaunculam, scire
aveo, Vir Clar.me, an futurae editioni apponi velis, an vero in
imagine quid mutari. Porro de inserendis, quas seorsum excudi oportet,
figuris maioribus Bibliopegum verbo moneri (prout in veteri illa
editione factum est) haud indecorum nec inutile futurum sponte
mea intelligo. Vale Clar.me ac Doct.e Dn.e et tui
amantissimum, si moreor, amare perge. Antuerpiae in officina Plantiniana
14 Martii 1603

Heutero Blasio Secretario PP.

Nobilissime atque Amplissime Domine,

Hac horâ litteras tuas recipio, et per tabellarium istum abeuntem mitto quos Serenitas Sua libros desiderat / fasciculum 20 Officiorum recte Amplitudinem 2. accepisse nunc primum intelligo; neque enim priores ullas eius litteras accepi, quibus id ipsum significasse se scribit. In votis mihi dudum fuit eiusdem Officii exemplar Serenissimo Principi mittere quod imagines auro et minio illustratas haberet: sed artificis in figuris illustrandis lenta nimis diligentia hactenus obstitit, et nunc per hoc gelu bibliopegus exemplari compingendo operam suam impendere minus potest. Ut se remiserit paullo frigus, spero tandem huic voto meo satisfaciam, et ad 2. Amplitudinem mittam exemplar, quod nomine meo Serenissimo Principi offerre in debiti mei erga ~~fore~~ Serenitatem Suam cultus ac devotionis testimonium. Amplitudinem 2. gratias modo ago, et referre aliquando conabor, pro labore et cura quam meâ et filii mei causâ suscepit, ac porro suscepturum se promisit. Rdo admodum Domino Vicario generali D. Santino me meosque plurimum commendari rogo, cuius consilium atque auctoritatem haud parum in hoc filii mei negotio valere agnosco; et cuius summam in me meosque benivolentiam alias sepe expertus sum, mihi ac filio meo minime hic defuturum confido. Vale Nobilissime atque Amplissime Domine, et quaeso hanc filii mei rem curare perge. Antuerpiae in officina Plantiniana 6. Febr. 1603

44
234

D. Francisco Luce Decano

Exime ac R.do admodum Dne

Gratissima fuisse Commentum tuum, mitia, ac nihil in eo displicere, parentes meos letissimos mecum intellexit: et parem in reliquo opere fidem ac diligentiam pollicetur. Pollicentur et opere quas R.V. liberalibus suis penitus plurimum sibi devinxit; et me ut gratias ipsarum nomine perscriberem, rogarunt. At vero ut R.V. desiderio a me fiat satis, quatuor folia nunc mitto, deinceps, in omni tabellionum occasione, quae excusa erunt missurus. De unus in Correctionis Romanae libello locis R.V. responsum expectabimus: ac modo terminos SS. Bibliorum mittere audemus, R.V. obnixius rogantes; ut quam eiratis typographicis colligendis operam coepit impenderet, quatenus per gravissimas suas occupationes ~~lib~~ licebit, praestare ipsa pergat, aut per alium, quod benigne addixit, praestari curet. Quaecunque autem observarit menda, nobis quam citissime per singulos nuncios indicari optemus, ut quae commode poterunt, calamo aut scapello corrigi curemus, ac reliqua minoris etiam momenti, in fine Bibliorum exprimamus; quo integrior hoc editio et gratior in lucem prodeat. Atque interea plurimum R.V. hoc nomine nos debere agnoscimus et agnoscemus. Breviarium iam a nobis absolutum; et exemplaria eius parentes meos bibliopego commisit, quae R.V. R.mo episcopo, R.do admodum D. Abbati S. Bertini et R.do denique P. Schondonchio mittere desiderat, quibus omnibus ac singulis se plurimum commendari rogat. Vale Eximie ac R.do admodum Dne, et a parentibus meis, fratribus, ac me in primis salve, qui quam maxime R.V. obligari nos censemus, quod suis apud Deum precibus nos iuvare haud gravetur. Antuerpiae in officina Plantiniana 15 Martij 1603

Archiepiscopo Mechlniensi Matthiae Hovio

Illmo ac Rmo Dno

Vidam Breviarij novi editionem Illmi D. V. fauti imprimendi fieri imprimendi
Jandem; qua voluntatem mihi non defuisse tuetur, quo ipse tam pro
quam publicae utilitati in eo imprimendo inserimus. Et de exemplari
quod Bibliothecae suae vellet et etiamnum mihi transmittere,
idem et mihi in votis fuisse fateor: Idem exemplar finis editionis
formam retinebunt nullo pretio exponere ingenuit, quem olim
potuit fuisse et simul habere. Idem altera ista exemplaria
necessario requirebantur, ut unum libri molem corrigeret. Tertium
solidior regimi forte potuit, sed quae rationem sua minus placeret
et in illis quam in fauti partis errores latius videbantur. Reliquo
modo Breviarium argenti formam quam diu determinavimus; et ita
characteres manuscriptos pro forma ista assumimus, a sola exemplari
fuerunt fauti imprimendi libelli molem futuri spero. De Computo
o Gradualis et placebit Illmi D. V. ita statuit, et quando
exemplar typographi reperiri, et mihi forte alios tam imprimendo
tradendi commoditas deperdit, facile operi, et ordo, typographus
Illmi D. V. inveniet. nos ab eo plurima Gradualis maioris exemplaria
mihi adhuc superstitem, primatis mihi publicae commoditati libenter postpono.
De epistolis et Evangeliis alios stipsisse per arbitror, editionem
eorum differendam videri, donec prima Missalis emendatio Summi Pontificis
auctoritate apud in lucem; quatenus iam Illmus Vicarii Illmi Cardinalis
Baronius postridie suum VIII: Kal. Martias datus mihi mitavit:
quibusque prima Breviis Apostolici Breviarium novum praefixi ut fondit
in hac verba: Libri Brev. Apostolici et Romani mandat, ut in
quibus typographus vel non vel tantum Apost. Breviarium Romanum
tradendi auctoritatem habeat, nisi illas primus ab eius loci Ordinario
in quo est obtinerit. Ordinarius autem debere ad hoc diligenter
animum attendere, ne fauor vel gratia fumsinde typographus illud
imprimendum permittant, quorum nomina aut pedum varullarum
aut singularum delinentias hunc praestitum operi imprimendum frustra
poterit. Quibus publicis imprimendis subjecti non esse,
cuiumque eius imprimendum permittere, ~~quorum nomina aut pedum~~

Hic

~~Illustrissimo~~ ac pro Illmo Baronem, quem Illmo D.V. restituendum
curetur, ne quantulumcunque libellum meum supplex ac bonus Ordinatus
vos R.D. Auditor officialis ac fabri curam.
Quod ad Compendium Annalium Illmi Card. Baronii, cuius illa,
quae Joannes Wenzeslaus de Colonia expressa est, partim ab ipso auctore,
partim et emendatior ac locupletior ante annos aliquot excusa, in hoc posterior
brevior et mutilior additabat. At quia existimavit Illmo Baronio
atque aliis in Italia (quorum ab illius secretario audivimus) operam
suam minus probari intellexit, fuit existimant illi perfectiores,
nec non ejus studiosi; propterea ex Illmo Baronio fuit Annalis
suos contrahendi facultatem a Clei mandatum secretarium eius admisit.
Ego autem ipse Brevarium supradictum Sacrae Rubricae in folio
adnotationibus ejusque et ipsius mea impendo, quae dictis pauci multo
emendatior futura est, studio R.D. Francisci Zuccari Divani
Audomaropolitani et D. Georgii Columnae S.T. Professoris
Duacensis, qui etiam dictum meum ac dictorum Romanum conferen-
dum diligenter operam insumpserunt, atque ipsa tantum editionem
nostram sed et complures Annales aliquot observarunt, quae ego
ad Illmum Card. Baronium transmisi, et ipse Nunc
altrinsecus omnia recta typographeia est adsuetus, ita
sed nova dictorum mea emendatio ad usum est, ut et ipsum commentum
prodeat. Verba sunt Illmi et gratulatoris. Postrema
nostra Annalium tomus diversus intra paucos septimanas, et ut
arbitror, prelis statim committatur. Auspicatus itaque sum eruditis-
simos D. Francisco Zuccari in quattuor Evangelia Commentarios,
sed quia manuscripti ei sunt, et viros operarios varios ipsi
adjuvandis totos, dictum sub prelo habebunt. Haec sunt,
Illmo ac Rmo Domino, quibus modo typographia Plantiniana
in Regio Christianissimi Visiny adjuvandis occupatur, quae numquam sibi
Illmo D.T. gratius, quae ad minora duo fuerint indoli et retetur
defuturum confidit. Vale Illmo ac Rmo Domino, hoc ac quotidie
S. Ecclesiae Catholicae bono. Antverpiae in officina Plantiniana
xvi Decembris 1603 —

Lipsio

Cl.mo ac Doct.mo Dn.o

Si retrita hebdomada, tabellarius sub discessus sui horam librorum fasciculum attulit, quibus litterae tuae adiunctae fuere. Atque etsi volui quam maximè, non potui statim respondisse, occupatior ut soleo in absentia fratris, et nunc etiam famuli, qui una cum ~~fratre~~ illo ad nundinas francfurtenses discessit: atque in huius locum novitius successit qui parum adhuc prodest aut iuvat. Interea D. Vivenus, Wouerius, Swertius atque alios hic amicos (parentes inprimis) salutavi, qui una mecum de valetudine tua summopere omnes doluerunt, et Deum, haud dubie, rogarunt Reip. litterariae ac nobis diutius incolumem te servet. Spero exaudiet vota nostra Omnipotens, nec annos solum dabit perficiendis de Stoicorum philosophia libris et Senecae, sed et aliis inchoandis et edendis in publicum bonum. DE VESTA ET VESTALIBUS scribis editurum te si deliberasses de dedicatione; an vero interim haud desideras libelli impressionem mos ordiri? Et mihi Romam ad sacrum aliquem proceres, sacrum hoc argumentum decore ibit. Wouerius de Aldobrandino suggessisse se aiebat, et credo iudicio qui illius coram noverit. At haec talia tibi cum amicis conferre hic liceret si excurreres, et faceret proculdubio aeris ista mutatio, et suavis amicorum Antverpiensium consuetudo, valetudini tuae recreandae. Ego cum Bruxellas, quod non isthac, facile excusandas sim ob fratris ad nundinas francfurtenses discessum. Eadem causa parens se excuset, qui non solum, sed cum ~~fratre~~ matre et sorore Bruxellas iuvat. Sed de Ostendâ nunc leta omnia audimus, et si sic pergimus brevi spes sit potiundae. Ita fuit Deus Opt. Max. et te Clarit. ac Doct.mo Dn.o

D. Blasio PP. à secretis

Dolo serius etsi gaudeo iam tandem litteras meas ~~[illegible]~~ Ampl. T. accepisse; nec tam meâ quam ipsius pariter causâ, cui Index Francfurtensis litteris adiunctis forsan inserviat. Quidquid vero librorum ex eo desideret, absenti haud minus quam praesenti merito libentius sermonibus. Bina Officii Bmae Virginis exemplaria Dno Rindfleischio tradidi ex Ampl. T. praescripto. Filius meus sacerdos qui praebendam Odenrogensem sibi a Sertate Suâ conferri ~~[illegible]~~ supplicavit, ipsum vespere hesterno discessit, mutante Rdo Dno Plantino. Quin voti compos fiat, Sertiorem Principum benignitati haud diffido, Tuae imprimis Ampl. curâ, pro qua plurimum me debere agnosco.

Vale Nobilissime atque Amplissime Dne Antverpiae in officina Plantiniana 22o Maii 1603

50
240

Adamo Stenhalen Canonico Varmiensi et S.R. M.tis Poloniae et Sueciae Capellano.

R.do admodum et Cl.mo Dno

A Joanne ab Achelen nihil hactenus nummorum accepi, imo nec ubi terrarum is moretur intellexi. Matronam deinde ex Hollandia frustra exspectavi, ut exemplaria Breviarii ei tradere ex R.V. praescripto; quae excusa impressa sunt, et forte Cracoviam a bibliopolis allata R.V. modo viderit. At triginta exemplaria quae a me exspectat, praeter quas proprias sibi imagines habent, aliae quindecim accedent, in charta seorsim excusae, ac suis locis a bibliopegis inserendae. Constabunt ea ipsa exemplaria ~~quae a me exspectat, praeter quas proprias sibi imagines habent~~ cum imaginibus adiunctis, ducentis viginti quinque florenis. Quae ut mittam, fratrem meum e nundinis Francfurtensibus reducem exspecto, cui Philippus Holbein notus est, et ad quem ipse, non ad me, scripsit. Officia Sanctorum Polonae, mittente R.P. Saillio accepi; Sueciae autem exspectabo ut uno eodemque titulo in lucem emittam. Scire in primis desidero, quot eorum exemplaria excusa R.V. velit. Nam pro numero quem expeteret, pretium singulorum minui vel augeri oporteret. Siquidem ratio compositionis, correctionis, atque aliarum impensarum aequalis sit in paucis et pluribus exemplaribus. At vero impressionis huius ratio, itemque imaginum illustrationis in binis exemplaribus iniri commode haud possit, priusquam ea ipsa perfecta sint. Itaque R.V. sexcentos aut octingentos florenos monetae Brabanticae transmittat, tam in triginta Breviariorum solutionem, quam futurae Officiorum editionis et dictae imaginum illustrationis. Siquid superaverit mihi aut deerit, ego reddam vel R.V. superaddet.

Vale R.do et Cl.mo Dno Antuerpiae in officina Plantiniana XXVI Maii 1603

Card. Baronio

Ill.mo ac R.mo D.no

Breviarium ut absolvi, in votis mihi fuit, Ill.mo D. V. statim transmittere cum Annalium Sexto et Septimo tomis à me recusis, atque alicuius nonnullis è Typographia nostra atque aliorum in Belgio libris novis. At vero quia commoditatis hactenus nancisci haud potui alienis sarcinis eorum ungendi; et libri pauciores sunt quam ut soli ~~[illegible]~~ in sarcinam componantur; haud ergo laturum Ill.mum D. V. confido, si Sacrorum Bibliorum editionis meae finem, atque una Annalium Romi decima, exspectem, ut ex omnibus plenioribus sarcinam ipse componam. Interea gratiarum actionem ~~[illegible]~~ praemitto ob benignum Ill.mi D. V. responsum de beatitudinis suae litteris Breviario novo praefixis, atque insuper de dubiis quae tam in Breviario quam Sacris Bibliis nobis occurrerant. Unicum postmodum in Sacris Bibliis dubium R.mus Episcopus Andomarensis Jacobus Blasius suggessit, Apocalyp. cap. 14 vers. 3. Nemo poterat dicere canticum; credit legendum discere, quod est in Graeco, non dicere; atque afferit facilius dicere pro discere ob verbi affinitatem inveniri potuisse in textum Latinum, quam in Graecum μάθειν pro λέγειν. Ill.mus D. V. quaeso, de hac difficultate in occasione respondere ne gravetur, et siquid inserviri ego cum meis hic possim, nostra qualicunque opera uti haud recuset de notationibus ~~[illegible]~~ in Martyrologium, per opportunitatem me admoneri rogo, siquid in ipsis augere aut ~~[illegible]~~ illustrare D. V. ~~[illegible]~~ meditetur: item Missalis Romani, quando emendatum e Typographia Vaticana produxerit, exemplar, quod tuto mitari possim, Vistatori tradere ~~[illegible]~~ obsecro dignetur, ad me mittendum. Ignosce Ill.mo ac R.mo Domino importunis his precibus meis; quibus sacras ad Deum Opt. Max. subiungo, ut Ill.mus D. V. cum maximo Ecclesiae Catholicae bono quam ductissime incolumis servet. Antuerpiae ex officina Hellantiana Postrid. Kal. Jun. M. DCIII.

52
242

R. D. Dionysio Villerio

Rdo et Clmo Dno

Ecce litteris, et animo ad te redimus, ignosce si haud corpore, quae vilior pars nostri. Hic ille pascitur et aeternum pascetur te et tua cogitando, amplectendo, colendo. Et vero quid aliud quam affectum hunc et cultum reponere possimus, eximio tuo in nos amori? quem absentes sepius cognovimus, praesentes satis superque agnovimus: Quo magis de nostro istac reditu omisso excusaturum te confidimus; quos itineris Parisiani delicie opinione diutius detinuerant, et iam Antuerpiam revocabant typographica maxime negotia: quae haud minima, nundinis Francfurtensibus proxime instantibus, occurrunt. De Onomastico Pollucis sedulo Parisiis inquisivi, sed frustra; siquid hic velis Bibliothecae tuae illustrandae, iure tuo imperato, et me quâ possum diligentia ac fide curaturum confidito. Syntagma Lipsianum de Vestâ et Vestalibus, dum hinc abfui, prodiit in lucem, et iam ab ipso auctore te accepisse existimo. Vale Rdo et Clmo Dno, et nos tui semper amantissimos amare perge. Antuerpiae in officina Plantiniana ii Kal. Sextil. M.DCIII

Rdo D. Wingio et Nicolao Laurentio
salutem, bonâ tuâ veniâ, sic adscripsero,
et gratiam pro singulari in nos affectu.

Henrico Cuychio Episcopo Ruremundensi

Rmo et Christo Domino,

Cum ipso Rmo Lindani in Psalmos Poenitentiales Paraphrasim cum Praefatione quam Rmo D. V. postulavit, et annexo Dialogismo de fugiendâ impoenitentiâ. Hi tales libelli, fateor, penes nos typographos subinde latent, et oportunitatem prelo dictis exspectant, dum aliis excudendis nimium impedimur. At liberis merito Illmo D. V. opusculum hoc transmitto, ut si forte lunâ alibi egeat, eam admonere ne gravetur priusquam typis meis divulgem. Breviarii novi, quod Rmo D. V. haud improbari gaudeo, exemplar adiungo, et rogo in levi hoc dono veterem olim sinceri mei, et nunc meum meorumque erga R. V. affectum cultumque agnoscere dignetur. Quod ad libros e quibus Romanum officium in Ecclesiis decantatur, Antiphonarium scilicet et Psalterium (nam Gradualis plurima supersunt exemplaria) haud testimo per hoc tempora excudere; et exspecto nunc Romani his etiam libris corrigendis et imprimendis operam dabunt. Siqui interim istic Sparte eidem exornandae tempus impenderint, operae pretium facturos credo. Et forte, si nihil Romani hac in re praestiterint, opera ipsorum prelis Plantinianis aliquando innotescet. Quod superest, Deum Opt. Max. precor, Rmum D. V. quam diutissime incolumem servet magno Ecclesiae Catholicae bono. Antverpiae in officina Plantiniana IV Kal. Aug. 1607

154
244

Adamo Stemhaffen Canonico Varniense
et S.mi Regis Poloniae et Sueciae Capellano

R.do admodum et Cl.mo Dno

Litteras R.V. XIX Julii datas recte accepi, et inclusas ad R.P. Saillum Bruxellas confestim ~~[illegible]~~ misi. Triginta Breviarii novi in 4to exemplaria iamante mensem in fasciculum accurate colligata Dnis Langius mercatoribus Antverpiensibus commisi, ad R.V. transmittenda. Et iam acceperit opinor, aut brevi acceptura confido. Quindecim figurae singulis exemplaribus adiectae sunt, praeter eas quae in ipso Breviario sunt impressae. Duorum insuper exemplarium imagines auro et minio illustrari mandavi; quae ubi artifex perfecerit, ipsos Langius tradam ad R.V. mittenda. qui mihi, ut duo illa tradidero, solutionem 32 exemplarium simul praestituros promisere. At quod iampridem, comprobante R.do P. Saillio, R.V. per eundem iudicari curaram, Breviarii frontispicium imagine principum Apostolorum Petri et Pauli exornavi; atque Arma Sed.mi Poloniae et Sueciae Regis, ipsos Sanctorum Poloniae Officiis, magis ex decoro praefigenda, reservavi. At de Officiis Poloniae, miror R.V. tam pauca desiderare exemplaria, cum eodem fere pretio quadringenta imprimere possim quo quadraginta. Neque enim ego mihi plenam Officiorum horum prout Breviariorum editionem cuderem unquam velim ignarus quando aut ubi ducendam. Rogo R.V. haec attendere, et quid factum velit, prima opportunitate sua respondere. Vale R.do admodum et Cl.mo Dno, et me meosque R.V. amantissimos iuvare perge. Antverpiae in officina Plantiniana Pridie Assumptionis B.ae Virginis 1603

Ill.mo Card. Baronio
ac R.mo D.no

Litteras a R.do D. Francisco Luca Theologo et Decano Audomarensi his adiungo, qui suum Romanarum in Sacris Biblijs Correctionem libellum Ill.mae D. V. mittit ac commendat, quem ego hac enchiridij formâ typis meis iamnunc absolvi; atque alia item maiori, quae nomine meae Bibliorum in folio editioni coronidos velut loco subiungitur. In Biblijs nihil aut parum mihi peragendum restat, ut sperem intra septimanas unam, atque alteram; oblatâ aurigarum commoditate, ea me missurum, cum Breviario et alijs libellis quae recenter e typographia mea prodierunt. Unicum sexti et septimi atque item decimi Annalium tomi exemplar coniungam, ut saltem de nostrâ in Ill.mae D. V. operibus excudendis operâ constet. Decimi tomi exemplar fateor tardius per Pistatorem me accepisse; imo nec integrum accepisse, cum optima eiusdem pars perierit a latronibus intercepta; ut necessitas mihi fuerit aliud Venetijs exemplar evocandi. Quod ad typos illos quos Typographiae Vaticanae nomine Ill.mae D. V. postulavit; cum nomini antehac quoiam pretio concesserim, haud illibenter Typographiae Vaticanae gratis offero, et precor ut qualicumque hoc dono meo singularem meum erga ipsum affectum cultumque ignoscat. Librorum fasciculo coniungam quos propedies Ill.mae D. V. missurum me promitto. Missale Romanum si iam perfectum, et Pistatori nondum redditum ut ad me mittat, rogo harum potius latori Wenceslao Coubergio committi, quem meliori studio ac curâ transmissurum confido. Valet Ill.mae ac R.mae D.nae. Antverpiae in officina Plantiniana XIIX Sept. 1603

Adiungi his dicti Francisci Lucae ad Ill.mum Card. Bellarminum litteras et libellum, quem rogo ad eum curare Ill.mae D. V. haud gravetur, et mihi audaciam hanc ignoscat

D. Egidio Schyndenagel Soc. Lesa

R.do admodum atque Erudito Dno

Cum ante octiduum fere, ab Ill.mo Principe Dno Palatino Rheni Ph. Baldinus ad me transmisit, quod ad eundem Principem, et Nundinas Francofurtenses mittit, et fieri R.V. desiderans sit quoque illius videndi. Vestro nomine mihi Gartmannus X. P. Baldinum misit, et brevi mihi suum reddidit. Sequentes nundinas ad alienandos libros adferentur, quos faciant admirandos doctis ingenuis, rara prius aut nondum aut potius transmutata. Florus de Rebus inauditis, Nemo fere est, qui magnum mirentur, plurimum nostri regis exemplis recentibus auctus; atque Dithmarsicus anno proxime elapso in 4to. Cum Dnus Albertus quae Rhodus inauditas latius fuit ita prudens atque eruditus scripsit, Notam, et Deo nova, admisit. De Ill. Duce Carolo solus et nundinis scribit, Francofurti illius modo prodit, a Bellendensi in proximas nundinas, cum Heidelberge primum prodiisset, non ibidem perfici posset publicae hominum inhabitatio decreto, quae Societatis Lesae nomen fuit dederat Venerari. Bremarius in 12o finitas intra Dnum atque alterum septimanas. per Joannem Dist. in Commentarios R.D. Lutherus prognosticis, quae domo egressus fui, Libellos ipsos Biblicos Correctionis atque ipsis Biblijs absolutis. quorum prolixiar in amplioribus epistolis, cum Syntagmate Cl. Lysch de Vesta, ad R.D. Dominum misi, R.V. reddidisse. Quae ego Bonae consulere dignetur, et in qualiumque fuerit dono, meum amorem ergo R.V. amorem et cultum agnoscere, quem modo libenter recognoscimus pro insigni in nos Benevolentia. quam in filium meum Balthasarem ipsum prosecutus magis ostendit, et modo in alium meum ipsum absentem satis superque litteris ostendit. Quae cum aliter intelligatur, quam fieri prorsus scribit cum. atque strenue ipsum modo indignationem aut dolorem de eius malefacto, meum R.V. (quod vere amorem est) commendo. qui strenuum fateri nisi perstiterit, ni mea poenitentia eius vidisset et emendationem. Atque adhuc Bronio, rei minari absenti vindicatur, culpam prosecuti veltio confessus est et veniam precatus. Deinde ad aliquot septimanas (nam fuit planum nobiscum) Lovanium atque ibi Gartmannus et scholas frequentare,

et

et modestius sequerer Cl. Lipsius atque alii ad me scribunt. quod
libenter R.V. perscribo, ut quae ex insipientia eius mecum doluerit,
ex eiusdem conversione laetetur, nec ab illius honesta promotione desistat.
Vale R.de admodum in Christo Pater, et a me meisque plurimum
salve, qui pro R.V. ad Deum precibus nos commendamus. Antuerpiae
in officina Plantiniana XIII. Octob. M.DCIII.

Iusto Lipsio
Cl.mo ac Doct.mo Dno

Ego non tu ad nos? sed me istuc in litteris ad parentes invitas? libenter
certe adero proxime septimane initio. nam iampridem ex Gallia redux
visendi tui desiderio tenebar, et nescio quis tum casus istuc abiturientem
revocarat. at modo devotio etiam istuc me vocat et causa salutandi Beatissimae
Virginis prope Sichemum: non quia hac peregrinatiuncula corporis imbe-
cillatem tolli debere, sed posse, confidam. Et vero si non ad animae meae
sit salutem, corporis sanitatem iamiam deprecor. Quantulum enim hoc
vitae tempus, ut viliori ista nostri parte vivere optemus sane, meliori illa
insani. Itaque ad alterutrum ego paratus quod Deo Opt. Max. et
Sanctissimae eius Matri visum. At de tuo huc adventu, Vir Cl.mo, quod
omittas, egregie D. Villerius falsus est, quem non neptis suae
nuptiae evocassent, si non litterae illae meae (ita hodie mihi testatus
est) quae de tuo huc adventu nunciarant. Scis amicissimo et fido illi viro
temporis aliquid dandum, nec honeste me posse istuc discedere, illo hic
praesente. a quo plurimas tibi salutes hic adscribo, et reliqua in meum
istuc adventum omitto. Vale Cl.mo ac Doct.mo Dno. Antuerpiae
in officina Plantiniana IX. Kal. Novemb. 1603

CÆSARI BARONIO Card.

Ill.mo et R.mo Dno

Postremas mihi XXIX Septembris datas Litteras Ill.mae D.V. per Wenceslaum Coubzorum, ad quem superiori, certe arrogantiae, una cum admirabili Correctorium Biblicorum libello, et D. Durani Rudimentorum ad Ill.mam D.V. et Card. Bellarminum epistolis. Confido ibi huiusmodi exemplar, pro modo perfectum fuisse Ill.mae D.V. Coubzoro tradendum, ad me mittendum. Quorum ego, Atalia, qui dubius abeuntibus libros sacros commisi, Ill.mae D.V. reddendas. Ego id Breviaria et Sacra Biblia praecipia sunt, quorum tua quattuorum exemplaria mitte: et si praecantur, Sanctissimo Pontifici utrumque exemplar meo et Reverendissimi Bellarmini nomine humiliter offerri rogo. quod ut fecerimus, non quod optaremus, sed Sedis Sanctae praeferat; magnum tamen meae meorumque erga Sanctitatis Suae et Sedis Apostolicae devotionis testimonium esse desidero. Ly Sacra Scriptura omni fastidiosi sunt R.mo Vestro Barbiano ~~instrigit~~ Sanctitatis Suae auctoritate instrigit, unus ibi R.do D. Sublimio, omni denique Carolus Alostanus Belgae. prout schedula litteris ab admirta disputationis indicat. Quare Ill.mam D.V. suos scrupulos fastidiosos reddere, quos vero ad ipsam mitto libros, eque longum consulere non praetuit, Vestra prudentia, meorumque erga ipsam obsequia rationemque agnoscendo. Magis nostro qui difficultatem rerum Germanicarum tuam Ill.mae et R.mae Dnae, ditionem ausi obiecta est, quam merito libenter Ill.mae D.V. expono. Quam Coloniensium editionis exemplar ut nostri immaturi ac frugiferi Germanicum tuum, et nominatim ipsi Divino, praefigere subsequentem formulam: [Postremae haec est Divini Veteris Testamentorum editio, ab Auctore recognita, emendata, aucta atque longe locupletata; quam et aliarum postea recudendarum editionum iuvare vult esse gratissimum. Origina igitur ab aliquo in posterum editio facta, ab hac mutata fuerit destruatur; sed numquam esse Germanam ~~Sacra~~ intelligat] Ill.mae D.V. auctoritate formulam istam à Coloniensibus exponi fieri mirar ut credam. Quam qui postremam volunt editionem, quid recognitam et auctam dicunt? cum sit ipsa prima, aut saltem nihil à prima

Romana

Romanâ editione discrepet, neque amplius quid contineat. Cum vero
sequi aliquando (quod verisimiliter Ill.mus D. V. facturam scio) in decimo
seu alios Romanos ~~[illegible]~~ emendarit seu auxerit, merito posterior illa editio
ab istâ Coloniensi discrepabit, nec proinde minime Germana censenda
erit, ex formulae istius praescripto. Itaque nullatenus Ill.mae D. V.
eam probari existimo; sin aliter, indicare quaeso dignetur, et an meae
Annalium Ecclesiasticorum editioni eandem a me ubique apponi oporteat.
Vale Ill.mae ac R.mae Ecclesiae Princeps Antuerpiae in officina
Plantiniana IX Kal. Novemb. 1603.

M. Vestrio Barbiano Sanctitati Suae a Secretis
R.mae Dni

Cum Breviarium et Sacra Biblia ampliori forma iamnunc absolvissem,
non potui non R.mae D. V. meminisse; cuius nomen ad Privilegia Suae
Sanctitatis libro utrique addita praelucet. Et quia commoditas erat
ad Ill.mum Card. Baronium libros aliquot mittendi, merito visum mihi fuit,
Sacra Biblia quae dixi et Breviarium pro R.ma D. V. adiungere, una
cum Syntagmate Lipsiano de Vesta et Vestalibus et libello
Correctionum Romanarum, quas R.dus D. Franciscus Lucas Decanus
Audomarensis in Biblijs Sixti V. Pont. Max. iussu recognitis observavit.
Quod superest, verbo (neque enim multis impedire ausim) R.mam D. V.
rogatam velim, hos qualescumque Typographiae Plantinianae fructus
in meliorem partem accipere, et me meosque addictissimos clientes suos
amare ne gravetur. Vale R.mae Dni, magno Ecclesiae Catholicae
Romanae bono. Antuerpiae in officina Plant.ana IX Kal. Novemb. 1603.

60
250

Matthiae Archiep. Mechlinensi

Ill.mae ac R.mae Dnae

Breviarium recenter à me editum, Ill.mae D. V. haud displicere plurimum gaudeo; nec ullam pro eo gratiarum actionem mihi deberi agnosco; qui talium librorum primitias, Belgicae nostrae Primati dignissimo, merito mihi offerendas censeo.

Decem Card. Baronii novissime editionis meae Annalium tomos compactos mitto; quos per R. D. Officialem suum, et suis nunc litteris à me postulavit. Pretium septuaginta duo floreni sunt, quibus cum nihil demere Ill.mae ac R.mae D. V. desideret, pro sexto et septimo tomis quos remisit; recentem hunc typographiae nostrae fructum, Biblia Sacra Sixti V. Pont. Max. iussu recognita atque edita, istorum loco opportune mihi videor submittere. Quae se Ill.mae D. V. aequi bonique consulere ne gravetur, et me meosque addictissimos clientes suos amare. ~~Antverpiae in officina~~ Vale Ill.mae ac R.mae Dnae, tuo ac publico Ecclesiae Catholicae bono. Antverpiae in officina Plantiniana XI Decemb. M.DCIII.

Eidem Archiepisc.

Pretium Baronii, quem misiram, iamdudum mihi exolatum fuisse, Ill.mae D. V. a R. D. Officiali suo intellexisse minime ambigo; nec proinde opus fuerat hac demum scriptione indicasse. Meam in excudendis Biblijs industriam Ill.mae D. V. probari maximopere gaudeo; atque quod de nostro exemplari gratias agat, facit id quidem peramanter, non tamen necessario. Non debeni illud ad me agnoscebam pro binis quos remiserat Annalium tomis et Dictionarijs quae desiderabat, nullum penes me aut alios hic bibliopolas extat, praeter quod mitto Gallico-Hispanico-latinum: cuius pretium sunt quadraginta quinque asses.

His mea meorumque obsequia Ill.mae D. T. merito libens deferro et Deum precor, quam diutissime eam incolumem servet, ac publico Ecclesiae Catholicae bono. Antverpiae in officina Plantiniana VII Id. Febr. M.DCIV

Iusto Lipsio

Ill.mo ac Doct.mo Dno

Ergo haud venis? ferimus, quia deo ita visum, qui valetudinem tibi ac vires itineri huic conficiendo negavit. At quam velimus nobis adfuisses, in re quae totius familiae nostrae statum spectat! re dicenda potius quam scribenda. et dubito an pater iamante aliquid indicarit. Ea adhuc nobis tractatur, facillime decidenda si non unus obstet. Ecce hoc scribebam, et avocor, ut negotio huic tractando, et cum bono deo componendo, intersim. Quid peractum est inquies? Deo Opt. max. gratia esto, parentibus gaudium, liberis pax et quies. Πάντα καλῶς. Litteras tuas, Vir Cl.mo, quas plusculas misisti, partim curavi, partim primâ commoditate curaturus. Sed ad Rubenium millas vidi, quas tamen scribebas una mittere, matri ipsius, mihi sat cognitae, tradendas. Dnus Mireo et Homo reddere suas differam, donec a D. Oudarto Divam Hallensem recepero. Ille vero de novis aliquot miraculis dubitabat, an adiecisses; et pro his, non veteribus, aliâ extraordinem approbatione opus esse censebat. Vale Cl.mo ac Doct.mo Dno. SENECAM tuum sequenti septimanâ, cum te et tuâ frui nobis nondum liceat, exspectamus. Antuerpiae in officina Plantiniana. 12. Febr. 1604.

62
252

Eidem Lipsio

Clmo ac doctmo Dno

De figura orbis terrae, ignosce, si postremis meis ambigue scripserim, aut scribere forte omnino, eam emendari: ecce emendatam iam mitto; et siquid minus adhuc placeat, verbo indica et corrigetur. Quid enim aliud malimus, Vir Clmus quam in operibus tuis pro voto et sensu tuo operari? Certe ea in me beneficia tua agnosco, ut non tantum id velim, sed velle debeam; et hac qualicunque opera mea et cura, aliquam gratitudinis meae notam reponere. Itaque et novas Saturnalium figuras pariter mitto, ut siquid in iis minus rectam, significes, ac emendemus. Hinc figurae minores folio suo affixae sunt, quod quaeso D. T., simul cum iis quae ante misi, remittere. At maiores duas ~~[illegible]~~ minus opus est remitti, ni forte, ut quid in iis corrigendum designet. In his librum et capita ad quae referuntur, sufficient notasse: nec enim plurium verborum (altera saltem) capaces sunt. De his responsum a D. T. exspecto, simul et de SENECAE specimine, et praefationibus ad MANUDUCTIONEM et PHYSIOLOGIAM. Folia illius reliqua impressa mitto, bona huius et tertium corrigendum. Finio? an quid rei novae, etsi tristis, adtexo? Ecce iterum nobis ~~[illegible]~~ turbae e Gallia; sed quibus originem et causam Rex noster vel incauta eius consilia dederunt. Nam Rex Galliarum omnino cum Iberis, et nobis Belgis Archiducum imperio subiectis, commercium suis interdixit, donec trigesima illa, a Rege et ducibus nostris nuper promulgata, abrogetur. Quid? an non haec nova initia ad bellum, ni maturè et sapienter utrinque occurratur? Deus prohibebit illud, haud diffido; imo et haec tandem civilia, gravia et diuturna, e Belgio nostro tollet. Ides te, Clmo ac doctmo Dno, diu firmet ac servet. Antuerpiae ex officina Plantiniana. Pridie Di Matthiae. 1604

Adamo Steinhalen Canonico Varmiensi et Serenissimi Poloniae et Sueciae Regis Capellano

Rdo admodum et Ecclesiae Dni

Binas R. V. accepi litteras, quibus Breviaria recenter a me excusa in 4o se recepisse significat, atque omnia in iis placere; praeterquam quod in praecipuis festivitatibus et Officio Defunctorum Psalmos integros (ut antiquas solent) positos fuisse optaret; itemque aliquam Serenissimi Poloniae et Sueciae Regis memoriam in iisdem Breviariis extare. Ad primum ut breviter respondeam, intelliget R. V. non aliter nos potuisse aut debuisse imprimere, quam iuxta exemplar ex Urbe nobis transmissum. Errat vero, quod in editione Romana Psalmos suis locis apponi existimet, quam nos ad verbum expressimus. Nec ausim denique in nova editione apponere, nisi summi ipsius Pontificis auctoritate id possim. qui litteris Breviario novo praefixis diserte cavit, ut iuxta exemplar in Typographia Vaticana editum, nec aliter, imprimatur. Porro in ipsa prima Breviarii V. editione, a qua nulla non Breviaria discrepare, S. D. N. Clementis conqueritur, nullos omnino Psalmos repetitos fuisse observamus. In forma minori duodecima Breviarium modo typis meis excudi; in forma octava sub praelis habeo, intra tres circiter menses absolvendum. At priusquam de recudendo in forma quarta cogitem, serio inquiram, an bona Pontificis Maximi venia Psalmos ac Responsoria suis, ubi maxime opus est, locis iterare mihi liceat, quo R. V. atque aliorum desiderio a me satisfiat. At quod in forma quarta minori, qua socer olim meus Christophorus Plantinus duobus tomis distinctus excudit, uno tomo Breviarium recognitum recudere me velit, minime id fieri possit, praesertim Psalmis et Responsoriis repetitis; nam quo brevior, eo densitate sua intolerabilior ~~est~~ foret moles. Atque adeo, si minorem formam quartam, nec characteres proinde minores, velit, duobus tomis necessario excudi debet; sin maiorem non recuset, uno facile potest. Hactenus satis de Breviarii excusi et postmodum excudendi ratione; de Imaginibus superest ut subiungam. Memoriam Serenissimi Poloniae Regis Officiis Sanctorum Regni Poloniae excudendis reservavi, atque illic

magis proprie ac ex decoro Insignia Regia apponi posse arbitratus
sum. Nihil vero R. V. de numero exemplarium excudendorum definivit,
postquam eodem fere pretio plura, quo pauciora, excusurum me
rescripsi: quare ego editionem eorundem R. V. velle dilatam
cogitavi, et merito modo differendam cogito, in proximam Breviarii
maioris editionem, ni aliter R. V. visum. Folia quae in Breviarii
missis desiderari scribit; itemque Imagines quas elegantiores
comparari sibi postulat, Francfurtum uti mandat transmittam;
Antonio Huevaert ibidem traditurus, ac pretium imaginum ab eodem
repetiturus. Siquid aliud ego et mei inservire R. V. hic
possimus, verbo imperabit, et merito libenter exsequemur.
Vale Rde admodum et Clme Dne, tuo et Serme Regis
bono. Antverpiae, in officina Plantiniana X. Martii M.DCIV.

P. Thomae Sailler Soc. Jesu Bruxellae

Remitto D. Adami Stenzelli ad R. V. litteras; una etiam quas
ad me scripsit, mitto, cum ~~responsio~~ meo ad eandem responso; quod
non obsignavi, ut legat R. V. priusquam Lauconiam ad ipsum
transmittat. Imaginum negotium in me recipio, quia tempus haud
superest ut R. V. conquirat. nam sabbato proximo postremas
nostras merces ad nundinas mittemus, quibus coniungi eas oportet.
De Baronii Decimo nihil ille ad me; poterit R. V. illi munera
tradituros nos Francfurti cum Imaginibus Antonio Huevaert, et
equum ab hoc pretium postulaturos. Vale Rde admodum in Christo
Pater, et R. P. Costerius plurimum quaeso a me saluta; cui differo
respondere donec Apologiae eius specimen typis meis excusum mittam.
Antverpiae in officina Plantiniana. X Martii, 1604.

Francisco Duisseretto Episcopo Namurcensi

Rmo Dno

Quod gratum acceptumque habeat nuper à me donatus Breviarius, gratias Rmae D. V. me debere agnosco. Diurnalia habemus maiori et minori forma, festis Sixti V. et Clementis VIII. aucta, sed non suis auctoritate, prout Breviarius recognita. Exemplar ex Urbe expecto priusquam recudam; neque enim privatâ hac alicuius opera iuxta Breviarii exemplar emendari posse existimo. Cerimoniale iampridem Romae sub praelis fuisse intelligo; sed retardari aliquantisper editionem opinor, Missalis Romani caussa; quod postremis suis Illmus Card. Baronius, emendare et in typographia Vaticana excudi mihi indicabat, propediem absolvendum nigique mittendum ut typis meis recudam. Expecto illud in singulos menses; atque eo excudendo brevi occupandus, Romani Officii compendium, de quo Rma D. V. ad me scribit, imprimere minus possum: impeditus et modo Breviario in 8o, Biblioth. Clementinis in 4to, atque auditionis D. Francisci Lucae in Evangelia Commentariis. insuper Benedicti Arias Montani in triginta unum Davidis Psalmos Commentario, Apologiis Flandricis P. Costeri in Tereticos, et Seneca Lipsiano. Nomina et pretia, quae R. V. a me habuit, librorum, his includo. decem vero florenos, quos Cognato nos D. de Grassis numerasse scribit, haud meminit is mihi reddere aut indicare se accepisse. Siquid porro librorum, aut aliud a me meisque obsequium Rma D. V. postulavit, merito libenter servituros cognoverit. Vale Rmae Praesul, tuo et publico Ecclesiae bono. Antuerpiae in officina Plantiniana III Non. Aprilis 1604

66
256

Card. Baronio Romam

Ill.mo ac R.mo Ecclesiae Princeps,

Quos a septem iam mensibus Ill.mae D. V. libros misi, itemque Typos in Typographiae Vaticanae usum, rectè accepisse confido. Missale, si absolutum, audio exspecto, non tam meâ quam publicâ Sacerdotum in Belgio caussâ; qui summopere id requirunt, cum nec antiquioris editionis exemplaria supersint venalia. Ni iam alteri traditum sit exemplar quod ad me mittat, epistolae huius latori Damiano Puglia committi desiderem, quem ad me quam citissimè et bonâ fide transmissurum spero. Eidem etiam Annalium Undecimum tomum, si excusus sit, Ill.mae D. V. quaeso committere ne gravetur; etiam absque Indice, si forte nondum absolutus; modo errata in fine haud desint, quae recidendo a me emendentur, et additiones quae suis locis inserantur. De Martyrologio insuper verbo admoneri rogo, in brevi eiusdem ~~[illegible]~~ correctionem vel augmentum Ill.mae D. V. meditetur. Colomensis postremam editionem Romanam iampridem recidit in 4.to; at in folio nonnulli a me exigunt aequali cum Annalibus formâ; quam ordiri minimè velim, ni addenda et emendanda ab Ill.ma D. V. recepissem. Sacra Biblia iam recido in 4.to. cui novae editioni postrema haec nostra accedit cura et industria, ut nonnullae interpunctiones, quae manifesto vitio typographico in Romanam editionem videntur irrepsisse, à nobis corrigantur: utque iudicio R.di atque Eximii D.ni Francisci Luce Theologi et Decani Audomarensis. Spero praeter mentem Summi Pontificis, et Ill.mae Cardinalis, hanc curam nostram minimè esse; alioqui monuti libenter desistemus, et cavebimus ne nimium curiosi videri possimus. Breviarium in 12.o iam a mensibus aliquot absolvi, et in 8.o circa Pentecosten absolvero, exemplar Romanum constanter et religiose secutus, nisi ubi manifestum operarum error se ostenderet. Atque adeo Psalmos et Responsoria in festis solemnioribus, in Officiis B. V. Mariae et Defunctorum, aut alibi extendere hactenus recuso, nisi bonâ Sanctitatis Suae veniâ id à me fieri posse intelligam.

Horas diurnas (ita inscriptio est) Breviarij Romani Clementis VIII.
auctoritate recogniti, Venetijs sub signo Europae excusas, e nundinis
Francfurtensibus accepi. Rogo ab Ill.ma D. V. edoceri, an hae
diurnalia pro emendatis, et Sanctitatis suae auctoritate recognitis,
haberi possint, an aliud ex Typographia Vaticana exemplar mihi
expectandum sit. Denique dubium nobis restat de
officio B. Mariae, an deinceps cum recidetur, Psalmos, Hymnos,
et Orationes emendari iuxta Breviarij exemplar oporteat.
De his singulis definire et respondere Ill.mus D. V.
rogo atque obsecro ne gravetur, meâ et publicâ, quae pariter
hic agitur, caussâ. Praeter Biblia et Breviarium quae dixi,
sub praelis mihi est Commentarius R.i D. Francisci Luce
in quattuor Evangelia, Benedicti Arie Montani in triginta.
Unum priores Davidis Psalmos, Justi Lipsij in Senecam
Philosophum; item eiusdem Lipsij de Miraculis et Beneficijs D.
Virginis Sallensis libellus; quo insignem pietatem cum doctrinâ suâ
coniunctam egregie testatur. quem libellum simulac finiero, cuius
mihi est per primos nuncios ad Ill.mum D. V. transmittere;
quia eius imprimis videndi desiderio teneri existimo. Ceteros,
ut finientur, et quos recenter excudimus Justi Lipsij de Stoicorum
Philosophia libros, mittendi primam per aurigas commoditatem
haud praetermittam. Vale Ill.me ac R.me Dn.,
et me meoque Ill.me D. V. merito addictissimos amare perge.
Antuerpiae in officina Plantiniana Brid. Idus Maias 1604

Petro Valentia Zafram

R^do ac doct^mo Dno

Intra Commentarij in Psalmos R.T. gratia excogitatum fuit, nec minus mirum in eo operando operam impendisse, tandem ad Annotationes illas quæ exemplar destruxit, operam adhibitam fuit; nec in orthographiam aut distinctionibus tantum peccavit, sed in ipsa contextura scriptionis: et verba subinde omisit quæ quam magnum faciant sensum explicando. Plurimæ in fine operis transmissæ sunt à scriptoris manu, a quâ magno exhibitum reliquos operis fuisse. At modò quod mandasti, peragemus cum bene Deo; et circa autumnum, plenum typis nostris operibus in lucem daturos nos confidimus. Quod ad operis numerum Dni Montani additionem, quibus eam subtrahendis rationibus, breviter R.T. explicabo quæ si minùs placuerint, me profecto fausto notatis, de alio quomodo typographo cogitabit, qui ritè, et numeribus numeris, atque fortasse fausto exercitatus exercuit. Typorum bonitas, intra quod mercatum me stipulari, fausto minus longum videri debet, e quo sumptuum eam rem attinent atque intra maior R.T. commoditas et tempus fuerit, singula videndum et illustrandi. Summaria et Studia, quæ meditari se studet, addent fausto dubio multum operibus lucem et ornamenti. Sed ut ingenuè id profitear, longiora illa Studia, quæ Deo nimis arrisserunt, nostro quod fastidium lectoribus præsertim Belgis et Gallis affirmat: et ea sorte distinguendi rationem plurimum mutari, aut verba subinde omissa vel addita interrui et abbreviari possunt. Idque in fine Commentarijs in Psalmos fieri moris, quantum potest, observat. Et Vocabula Hebraica commodius videtur, in textu quam in margine propriis notis vel appingi; ut videlicet characteres Hebraici Latinis proveniant; atque ita ampliores folijorum margines aliis notationibus inserviant.

Et 400 duratos, sunt 2000 florenis monetæ Brabantinæ, quos R.T. dono in lucem imprimi offert, gratiam meritò ego. at ingeniosum ut singula volumina absolutiora, 500 saltem exemplaria R.T. redimere velim. Nam in Belgio bellum jam nimium exercuit, itemque in Gallia aut Germania, cæterum sunt Montani lectores: et Hispania ipsa aliis inopia meritò amplectitur. Sunt ergo operis ut ratione magnitudinis circiter Septuaginta florenorum nulla impendenda facile fuerit omnem impressionem. Et quod veltro R.T. mihi arrideat, parum duo ista nullis

refutata sint, se operis postmodum operibus non aggravari sentiam.
Quemadmodum autem non volumus absolutum opus, ac statim ut
perfectum, sed illud quotidiana urgere R.T. desideramus, et ab
ipsius domino petimus quod adiutus, sequentibus voluminibus editionem com=
modius arrangar, nec intermittam, quae publico bono negligere omnino
fas debeo, Sacra Biblia, Chromana, Mystica, Summa Cab. Ecclesiastica
Alter Baronii, Opera Clem. Alex., atque alia, ad quae non
primata tantum sed publica magni utilitas, et superiorum subinde
voluntas aut mandatum me impellunt. At vero quae mihi superesse
mandat edere de Cruciatii opera, et quae dum volum primum revoca
illa editio parietur, infra nomino, ac pretium singulorum adscribo, etiam
Commentarii in Psalmos qui mihi nisi sub pretio est. Quod superest,
de Statutis, aliisque Sanctorum Decretis quae R.T. a Sacrorum
Datis aut latinitate versis, bonique typis nostris imprimendos, gratias
ago, quam maximas. At, quod iam dixi, ita varias operibus opera
mea interstitio occupantur, ut per tria, atque fere nolim, imprimere
minimum possim. Vale via Rom. ex Dosta Sabaudiae
in Octavam Sancti Ord. S. Francisci, M.DCIV

900	Chronicorum in 3l Sesulinos	R 1350 R
100	——— in Sarum	R 450 R
400	——— Cratis Historia	R 700 R
120	——— Liber Concordantiae Dni	R 190 R
120	——— Chronicorum Gen. Salutis	R 360 R
		R 3050 R

Ex mille et quinquaginta florenis sunt monetae Brabantiae;
e quibus R.T. sexcentos florenos in usum subducat,
et reliquos duntaxat ad mille quadringentos quinquaginta florenos,
ad opera supradictorum librorum solutionem
Sunt insuper aliquot aliorum operum exemplaria, utpote Hymnorum,
Commentarii in Psalmos, Dictati Christiani, de Varia
Theologia, Rhetoricorum in D. Humbertum Romanum etc.
quae fortasse ad trecentos florenorum summam attingent.
Sed in his quinque libris determinandis aliquid perfectum
fore verisimile. Ex insuper mihi dicti supradictorum
librorum exemplaria quae retineo et Lectorum diversitas et
ex parte R.T. habent vendenda

Eduardo Lyon. Ulissipona

R.do ac Doct. Dno

Quod hic mihi ad dictum modo officio; et meorum commodo, et singulari tuae gratiae cultus et artificium institutum. Opera, ipsi ab Amanuensibus, et vestra Nota, aut omissa, tuae, et Reali Munificentia gratulor fructus. Ex ipsis vero Cantica Magnificat Verbis, calamo nunquam, atque finem inveniet, abscondit Verbo: atque insuper aliquot sublimia lineae gloriosae mysteria, quae absolutis quod observari à nobis solet, ad maiorem caeremoniarum facilitatem. Citra Sacramentum Oratorium meum, Deo fundatum, absolutum in Sacro; et D. Antonio Fallaro quod mandat tradita singularia inda sine interpretatione tradam: quae Bonis maiorem gratiam gratiam sua gratitudinem mihi adiecit, et aliquam diuendi Opus absolutum. quam conditionem libenter cupit et tua pietatis cultus complectere Congratulor et Diuinae, quae Christoph. VIII auctoritate recognita à me postulasti, facturum me spondi; nisi Ultimus quidem singulare et Ubera Stamnum et Sacrum, quod Deinceps Sequar. Tolum Bernardus quod S.D.N. recognovit, impressit, non in diebus sed Vno Decembrat Lum. et Pl. Ad Quinque et 4to et 12o, maiori et minori forma, cuiat Vno prima malebat, Ex Verbo Stabit, et mittat. Sacro quod D. Federal Gumgum Ignatius Lyst Circulum, et Ignatius Gonzalez Ortelg, D. Fallaro et numbriana legatad committat, prima ipsum opportunitate transmittendi. Deinde Historiae Dominae inde aliquid ruder operibus minutam reperiunt. Dictionarium vero Calidarum, et Sunt diuersorum nulla superstitum Vernalia. At Doctori Lyst de Storia Philosophia libros rectis tradi, quod ipsum modo non vidisse opinor: et modo sub Zelo mihi est studio Lyst de DIVA VIRGINE HALLENSI quod atque studiosus libellum. Quidquid reliqui Librorum desiderasti, commodatus mihi. Quod dixit Ex. D. Fallaro mittendi, à quo et Gratiam mihi recognoscendi Insignem non desiderabit. Vale R.do et Doctissime Domine, et Amanuensem nostrum. Ulissipone in Officina Plantiana XIV Junii M.DCIV

Sequens de R.mae Domina Duchissa quae
omnino restituenda, libenter intelligam

Gerardo Paullo Loppersio, Ill.mo Card. Baronio a secretis

R.do et doct.mo Dno

Etsi facie ignotum, libens letusque e litteris tuis te cognovi, quas gratissimas ad me dedisti, cum prioribus missalis novi termonibus, usque ad termonem inclusive. Ex specto avide sequenti septimana reliquos, quos me eadem tabellarii fide recepturum spero. Gratias vero quam maximas Ill.mo Card. Baronio de beneficio ego, tibi de eius ad me transmittendi cura. Etiam omnino et ex voto meo abs te factum, quod tabellario, ut quam citissime ad me perferretur, committendum curaris. Sed nihil istic abs te, sine alio, in tabellarium impendi velim, quod non cum gratiarum actione plenius reddere desiderem. Ad Ill.mum Baronium pudet Adus maius scripsi, et spero eum accepisse litteras per Damianum Paglia, ad quem miseram. nonnulla nobis dubia ius indicavi, de Bremario, Diurnalis Officio B. Mariae, itemque de Biblijs; ad quae responsum cum primâ Ill.mi Card. commoditate, exspecto. Iusti Lipsij de B. Virgine Hallensi libellum, quem Ill.mo Cardinali, statim ut excusus esset, missurum me promisi, intra mensem finiero: figurae una atque altera elegantius in eae incidendae, libelli editionem nonnihil retardant. Vale R.do et doct.mo Dno, et crebrius, si quid meâ interesse intelligas, perscribe. Si vicissim ego aut mei tibi prodesse jam possimus, significa, ac libentes exsequemur. Ill.mo Baronio mea meorumque obsequia in occasione deferre ne praetermittas. Iterum vale. Antuerpiae, et officina Plantiniana ut Kal. Jul. M.DCIV.

72
262

Gerardo Paullo Loppersio Romae

Rdo et doctissimo Dno

De duabus septimanis quattuordecim missalis novi tenuiores recte me accepisse indicavi; iam novemdecim aliorum pariter ad me pervenisse nuncio: in quibus ultimum quaternionem, qui mendacia continet, opportune et prudenter praemisisti, ut errata typographica facilius nobis liceat observare. Reliquos cum brevi apostolico si excusum fuerit, in singulas septimanas per eundem D. Piscatorem exspectabo; nec opus est Damiani Spaglie opera, quem mihi D. Robiani Consul Antuerpiensis commendarat, cum ille suam fideliter praestare sand desinat. Illmo Cardinali denuo gratias de beneficio ago, tibi de molestia et cura eius ad me destinandi. Coepi modo missale recudere ad Romanae editionis exemplar. in qua rarissimos accentus observo; qui in singulis trium aut pluriarum syllabarum vocabulis apponi à nobis solent, recte pronunciationi, et quantitati, ut vocant, indicande. ut denique ex S. D. tua voluntate omittendos credamus, ut nonnulli sacerdotes latinitati eiusque recte pronunciationi studiosius assuescant. Ad dubia quae in litteris ad Illmum Card. perscripseram, a D. Baudino, cui officiosam hic salutem adscribo, exspecto responsum. Vale Rde et doctissime Dne, et siquid prodesse tibi hic possimus, manda. x. Julii 1604.